

2007-12-19 – CDF – Decretum Generale 'De delicto attentatae sacrae ordinationis muliebri'

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECRETUM GENERALE
de delicto attentatae sacrae ordinationis mulieris

Congregatio pro Doctrina Fidei, ad naturam et validitatem sacramenti sacri ordinis tuendam, vigore specialis facultatis sibi a suprema Ecclesiae auctoritate in casu tributae (cfr. can. 30 *Codicis Iuris Canonici*), in Congregatione Ordinaria diei 19 decembris 2007, decretivit:

Firmo praescripto can. 1378 *Codicis Iuris Canonici*, tum quicumque sacrum ordinem mulieri conferre, tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem *latae sententiae* Sedi Apostolicae reservatam incurrit.

Si vero qui mulieri sacrum ordinem conferre vel mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, christifidelis fuerit *Codici Canonum Ecclesiarum Orientalium* subiectus, firmo praescripto can. 1443 eiusdem Codicis, excommunicatione maiore puniatur, cuius remissio etiam reservatur Sedi Apostolicae (cfr. can. 1423 *Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium*).

Hoc decretum cum in *L'Osservatore Romano* evulgabitur, statim vigere incipiet.

Gulielmus Cardinalis LEVADA
Praefectus

L. + S.

+ **Angelus AMATO S.D.B.**
Archiep. titularis Silensis
a Secretis

In Congr. pro Doctrina Fidei tab., n. 337/02